

QK. 524, 22

B. m. II, 47



# DE LIBANIO

## DISPV TATIO PRIMA.

In qvam,

DEO BENE IVVANTE,

PRAESIDE

M. IO. GVILELMO BERGERO,

Hala Saxone,

IO. BERNHARDVS Luhn/

Quedlinburgo Saxo

ingredietur

A. D. XIV. Kal. Ianuar.

cIc. Icc. XCVI.

---

VITEMBERGAE,

Per CHRISTIANVM SCHROEDTERVM,

Acad. Typ.



DE  
LIBANIUS  
BISUTATI PRIMA  
IN LIBERIA  
SODA  
PRIMUS  
MAGNITUDO BEIGITIO  
VAN DER  
GARDEN

LIBERIA

LIBERIA

LIBERIA

LIBERIA

LIBERIA

LIBERIA

LIBERIA

LIBERIA

LIBERIA

um, existimationem convallant. Qvos qvidem modeste admoneri, nostra refert, hoc loco, perinde atque in tyranno, sycophanta, & sic deinceps, apparere temeritatem vulgi ac saevitiam, qvod malis qvorundam artibus concitatum, fontes ab insontibus nihil distingvat, & ratione animi perturbationibus impedita, non magis in homines, quam in nomina, effrenata qvadam nocendi libidine feratur. His si rem ab origine ultima repetere vacat, cognoscant licet, fuisse id nominis cum dignitate coniunctum, qvia speciatim in radicibus sapientiae defixum, & longe lateque tractum, qvoniam, vt *Hesychius*, & *Svidas*, ex iisque *Pavorinus Camers*, docent, non tantum omnes literis eruditos, sed etiam cuiusdem cunqve artis vsu promtos, generatim comprehendit. In v. ΣοΦιστ.

II. Ex eorum numero, qvi liberalis doctrinae decus ingenii sunt, de *Poetis* confirmat *Pindari enarrator*. ΣοΦιστ. καὶ σοΦοὺς ἔλεγον τοὺς Ποιητάς. Ad Od. IIX. Ifib. conf. Od. I. Olymp. p. 15. Qvodsi exempla in illustri loco sita, qvis requirat, delegabimus illum ad *Diogenem Laertium*, vbi Homerum atque Hesiodum, memoriae prodidit, a veteris comoediae auctore, Cratino, Sophistas fuisse appellatos. In *Procerio VIII.IX. pp.* Qui recogitabunt, musicam artem poeticae saepenumero indicare, non admirabuntur, *Svidam* Sophista etiam *Musicum* complecti, sententiam *Philostrati* secutum. σοΦοὶ μὲν ἡμεῖς, αὐτὸν τὴν ΣοΦιστ. *Hesychius* magis speciatim. καὶ δι μέρες πατέρας ἀδων. Sed qvum apud *Simbolum lib.1. Geograph.* legamus, Poetica esse πεώτην πνα Φιλοσοφίαν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν Βίον μας ἐκ τέων, καὶ διδάσκουσσαν ἡθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις μεθ' ἡδονῆς; animadvertisimus licet, qvomodo Poetae alias apud *Porphyrium*, *Origenem*, *Servium*, & passim, Theologi appellantur, propterea qvod de Deorum natura mythice differant: sic eosdem usurpari Sophistas eo, qvod sapientiam illam qvidem, sed abditam in recessibus ac retrusam, fabularumqve integumentis involutam, persequantur. Qvare *Maximus Tyrius* Poeticen cum Philosophia exaequat, *Dissert. XXIX.* perinde ac *Fabius* multo ante, *musicos*, *Evates*, *Sapientes*, eosdem iudicavit, moxque subiecit, res alioquin easdem, aetate saltem, qva etiam *Cicero Tusc.* Qv. I. & *Lactantius lib. V. Inst. cap. V.* Poetam anteponit, initaqve pertractandi argumenti ratione, discrepare. *Inst. Or. lib. I. c. X.*

atque ἐγκυλοπαιδίας αἰχμάτῳ complectatur, atque adeo Basili M. suffragio, θαυμάτων, virum admirandum. Atque haec quidem singula, itemque alia quaedam, quum mente ac cogitatione complecteremur, movit quidem nos tanto sui decore vir ad posteritatis, a literis instructae, memoriam insignis, & movit diu multumque sola contemplatione famae, tenuitque aeternitatem, quoad efficacius ad se invitaret permoveretque paulatim, ut, cuius magnitudinem in conspectu positam, non nihil intellexisse videremur, eius gradus, quibus ad fastigium nixus sit, & vitam adeo, fortunamque, quoad eius fieri posset, exquirere vellemus. Prodeat igitur in medium ille, sed quod ingenii mediocritatem excusat, prodeat nullo exquisito enarrandi artificio elaboratus, nulla ornatae orationis elegantia expressus, ut pote quod ne optare quidem, ne dum sperare, conditio nostra sinit; verum ruditus valde impolitusque, qualis a nobis expectari omnino debet, & ne nihil de eo referamus, ductis tantum lineis designatus. Quodsi nemo fortasse plus, parum certe negotii nobis exhibuerit, quisquis a limine, in ipsoque scribendi conatu occurrerit, praeripuisse iamdudum consilium nostrum ipsummet Libanum, & spatium vitae extentum, rerumque suarum ordinem nimia quadam cura exposuisse. Nam tradidisse de semetipso illum, fatemur, & sententiae huius suae auctores idoneos habuisse, in tantum contendamus licet, in quantum priorum plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arroganiā arbitrati sunt. C. Tacitus in Vita Agricolae cap. i. Verum scripsiteris quidem, quam potuit uberrime atque amplissime; nos certe in praesens nihil impediat, quo minus ex instituto admodum dissimili cum vitae enarratione reliqua ingenii monumenta, quantum in viribus nostris positum est, interestque propositi, coniungamus, quaedamque e scriptoribus horum temporum, quoad itidem res facultatem habitura est, explicemus.

I. Illos paulo magis moramur, quibus, nisi in re admodum explorata, magnopere fallimur, non sustineat tanti viri personam. LIBANIVS, sitque invisus, atque extremi homo ingenii videatur, quod appelletur Sophistes. Sed hi erunt fere, qui angustiore per vulgati odii notione amplitudinem verbi latissime peregrinantur, metiantur, & multorum vanitate omnium, quamlibet innocentium

um



um, existimationem convellant. Qvos qvidem modeste admone-  
neri, nostra refert, hoc loco, perinde atqve in tyranno, sycophan-  
ta, & sic deinceps, apparere temeritatem vulgi ac saevitiam, qvod  
malis qvorundam artibus concitatum, fontes ab insontibus nihil  
distingvat, & ratione animi perturbationibus impedita, non magis  
in homines, qvam in nomina, effrenata qvadam nocendi libidine  
feratur. His si rem ab origine vltima repetere vacat, cognoscant  
licet, fuisse id nominis cum dignitate coniunctum, qvia speciatim  
in radicibus sapientiae defixum, & longe lateqve tractum, qvoniam,  
vt *Hesychius*, & *Svidas*, ex iisque *Pavorinus Camers*, docent, non  
tantum omnes literis eruditos, sed etiam cuius demum cunque artis  
vsu promtos, generatim comprehendit. In v. ΣοΦιστ.

II. Ex eorum numero, qvi liberalis doctrinæ decus ingenii  
tuentur, de Poetis confirmat Pindari enarrator. ΣοΦιστ. καὶ οὐρανὸς  
ἔλεγος τῶν Προπτέρων. Ad Od. IIX. lſtb. conf. Od. I. Olymp. p. 15.  
Qvodsi exempla in illustri loco sita, qvis reqvirat, delegabimus il-  
lum ad *Diogenem Laertium*, vbi Homerum atqve Hesiodum, me-  
moriae prodidit, a veteris comoediae auctore, Cratino, Sophistas  
fuisse appellatos. In Proemio VIII.IX. pp. Qui recogitabunt, mu-  
sicam artem poetiken saepenumero indicare, non admirabuntur,  
*Svidas* Sophista etiam *Musiconi* complecti, sententiam *Philostrii*  
secutum. οὐρανὸν μὲν ἡμῖν, αὐτὸς πάντα. ΣοΦιστ. *Hesychius* ma-  
gis speciatim. καὶ δὲ μετὰ οὐρανὸς ἄδων. Sed qvum apud *Sirabo-*  
*nem lib. I. Geograph.* legamus, Poetica esse πέντε τυπα *Φιλοσοφίας*,  
εἰσήγουσαν εἰς τὸν Βίον μᾶς σκηνέων, καὶ διδάσκονταν ἥδη, καὶ πάλιν,  
καὶ πέντε μεθ' ἕδοντς; animadvertisimus licet, qvomodo Poetae  
alias apud *Porphyrium*, *Origenem*, *Servium*, & passim, Theologi ap-  
pellentur, propterea qvod de Deorum natura mythice differant:  
sic eosdem usurpari Sophistas eo, qvod sapientiam illam qvidem,  
sed abditam in recessibus ac retrusam, fabularumqve integumentis  
involutam, persequantur. Qvare *Maximus Tyrius* Poetiken cum  
Philosophia exaequat, *Dissert. XXIX.* perinde ac *Fabius* multo apte,  
musicos, & vates, & sapientes, eosdem iudicavit, moxqve subiecit,  
res alioquin easdem, aetate saltem, qva etiam *Cicero Tusc.* Qv. I. &  
*Laetantius lib. V. Inst. cap. V.* Poetam anteponit, initaqve pertractan-  
di argumenti ratione, discrepare. *Inst. Or. lib. I.c. X.*

III. Nihilominus tecti illi sapientiae, numeris astrictae, do-  
ctores ita Sophistae ac Sophi dicti sunt, ut magis propria, celebra-  
taque significacione explicatae doctrinæ, & legibus dimetiendae  
orationis solutæ, magistri, ac sapientes, intelligerentur. *Suidas.* τὸ  
δὲ παλαιὸν οὐ φίσης ὁ οὐ φίσις ιππάσιον. Hoc est, multo ante, quam  
Pythagoras leniret invidiam arrogantis verbi, quo Graeci veceres So-  
phistas id est, sapientes, aut doctores sapientiae *semetipso* iactum  
us nominabant; interrogatusque, quid proficeretur, verecundo no-  
mine philosophum, id est, sapientiae amatorem se esse, responderet.  
*Isidorus Hispalensis Etymol. lib. VIII. cap. 6.* Nam Diogenes Laertius  
postea, quam in ingressione operis sui vim excellentiamque Sapi-  
entis, ab ultimis repetitam ingenii, lectorem docuit, subiungit. Οὐ  
δέ οὐ φίσης οὐ φίσις ιππάσιον. Quorsum adeo quum observet  
Vir in primis clarus, *Is. C. sauborū priorem appellationēm sapientiae*  
*bābitum inhaerentem nōnare, posteriorēm mānū docendi*, quod olim  
fūndi plerique Sapientium; inclemens cipiat humanissimum vi-  
rū, quisquis idcirco Sophistis hos in umbraculis eruditorum, o-  
tioque includat, neque ad rem publicam aggredi patiatur. *In vot. ad*  
*b. l.* Alioquin vel unus ille Solon, ut ultra ne excedamus, refregerit  
claustra ista, adiunqve ad honores in civitate gerendos, aperu-  
erit, quem, ut ex *I. socrate* constat, Athenienses πρεσβύτην ιερωνύμον  
πολεως εἶναι, hoc est, ut *Iustinus* exponit, quem legerunt, (proprie-  
tatem legere dignati sunt) qui velut novam civitatem legibus conde-  
ret; quippe qui, ne insigne civilis pragmaticaque ingenii exemplum  
desideretur, tanto temperamento inter plebem senatumque egit, ut  
ab utrisque parem gratiam traheret, atque iniret. *Trogi epitomi-  
sses II. 7. 4. I. socrates de Per. p. 506.* Atqui hic idem ab eodem o-  
ratore paulo post illud horum frugi Sophistarum elogium erutum  
ex annalium memoria ac pronatum, αἰδή τοὺς μὲν καλουμένους  
οὐ φίσης ηγεμόνας, ηγετούς συνίτας δυτοῖς ἐγέλουν; commen-  
moratur περῶτος τῶν πολιτῶν τὴν ἐπωνυμίαν τεύτην (οὐ φίσης) λαβάσιν.  
Quo loco si calliditatis cuiusdam nomine doctissimo interpreti su-  
spectus est orator, quod Solonem οὐ φίσην, non οὐ φίσην, legere me-  
minerit; nos certe, qui non investigamus, primusne Sophistes ap-  
pellatus sit Solon, satis habemus, quod postea nos ex Ammonio  
admonuit ipse V.C. *Aristotelem* septem Graeciae sapientes, & quod  
huic



huic conseqvens est, Solonem quoque Sophistas dixisse, p. 669. Ni-  
hilo segnius dignitatem nomini asseruit Hierodorus, quem tuvitas  
κατηγόρως ad Croesum confluxisse Sardes, scriptum  
reliquit, in iisqve Solonem, quem sermo de incerta hominis felici-  
tate cum florentissimo Lydorum rege habitus, nobilitavit, lib. i.  
Nec magis in vito ponendum est Pythagorae, quod a Tertulliano,  
viro antiquitatis omnis gnarissimo, appellatus est *Samus Sophista*.  
*De anima cap. XXXIV.*

IV. Nondum igitur est, quod odio habeamus Sophistas,  
nondum, quod refugiamus; iusta contra gravisque causa, quam-  
obrem honestissimos simul ornatissimosque homines & adamenus  
& experamus. Dehinc cognoscant isti, suos cuique mores fin-  
xisse saepenumero fortunam, & magnam in utramque partem vita  
habuisse, sic, ut quantum praecclare facta ornariint, tantum mali  
moris exempla inquinaverint auctores. Nam animis paulatim  
ad præcipitia conversis, ratio honestatis arrogantia, quaestuque  
sordido conturbata, innocentiae existimationem pessimis artibus  
corrupit, & prodita inscitiae exempla inanem quandam insolentem-  
que scientiac veterotoriae ostentationem omnium odiis patefecerunt,  
atque ob solescentem germanae doctrinae commendationem ever-  
terunt. Iam ergo, quod quidem indignissimum est, eo res rediit,  
ut paria faciat apud Svidam cum Sophista ανθρώπῳ. οὐδὲ τῷ σοφί-  
ζειν. οὐτοῖς λόγοις απατῶν. In epistolis, quae Socrati attribuuntur,  
παλιμπέτης παιδεῖας, τούς, εν Φιλοσοφίᾳ πατέρων λόγους.  
Epist. 1. ex edit. Leonis Allatii. Inde quaerit Cicerio Acad. Qv. II.  
at quis est hic, nūm sophistes? Sic enim appellariunt i. qvi ostentationis  
aut quaestus causa philosophantur. Ac queritur Attica Philosophia  
apud Iovis aures. Nescire se, vndenam tandem sibi genus sophi-  
starum succreverit, quod nec per omnia aemuletur sua, nec tamen  
deserat prorsus. επέστω αἱ λαζούσις, νοῦς Φιλοσοφίας πλαξιμενον.  
Apud Lucianum in fugit p. 791. Ed. Salm.

V. Sed quando nemo ingenii sui ope facile, nisi simul ex  
philosophiae spatiis vere disertus extitit, eoque veteres rationis &  
officii praesidium eloquentiae imposuerunt, consuetudine usuque  
recipi facilis potuit, ut deinceps Rhetor fere, praesertim in citerius,  
vocitaretur Sophistes. Pergit Svidas. νοῦς οὐ λατινοῦ σονηῶς  
Pha-

Phavorinus. οὐΦισῆς, ὁ πήτης. Vtrumque illustrat Hadrianus Iunius, V.C. Sophistarum nomine censentur viri quavis in arte, praesertim oratoria, egregie docti, qui publicae professionis molem sustinere cum laude poterant, caiusmodi ferme nunc magisterii titulo, & bonore clari vocantur. Ac quemadmodum Athenaeus lib. XIII, vt ad Svet. de clar. Rhet. p. 776. ex recens. Graeviana observat Is. Caſaubonus, illos, qui veteri S. C. Urbe pellebantur, Philosophos & Rethores communi verbo οὐΦισᾶς appellavit: ita Basilius M. seorsim οὐΦισῆν nominavit Rethorem, ὡς ἕδιον εἴναι τῆς τέχνης ἀμολόγιται, καὶ τὰ μεγάλα μικρῷ ποιεῖν, ὅποτε βούλεται, καὶ τοῖς μικροῖς περιθέναι μέγεθος. p. m. 363. In vita Eunapii p. 20. Ed. Plant. nihil autem officit nobis Iulius Pollux, quum in aliam sententiam Rethorem a Sophista segregavit. Cum Rethore in republica versatur, ascendit in concionem, fulgurat, tonat, atque ut Pericles Graeciam, sic ornata permiscet. πήτης, πητειός. ὁ διπός καὶ πολιτεύς. δερῦς εἰ πεῖν, ὑπερέδειν, πεινέειν. Ac sic amplius. Sophisten in scholis relinqvit, qui adolescentes in umbra ad virtutem praeccultos, praeparet paulatim ad publicum togae militiaeque decus pro virili ornandum. οὐΦισῆς, διδόναται, ἐξηγητής, οὐΦηγητής, ηγεμών. Reliqua dimitto. In libro IV. 1. 3. 6. capitibus. Ex quo perspicuum est, Naumentitem hunc, dum rhetorem cum pragmatico consociat, πήτης in actu rerum spectatum, Graeciae longissime prolatis, non contractis deinde finibus, vsiqve adeo perantiquo, & reipublicae rationibus convenientissimo, circumscripsisse. Svidas in b. v. Rod. Galtherus ad b.l. Similiter arctatum hoc spatium Pollucis Sophistam non capit, qui nostri huius modum excedit, & qua patet doctrinae varietas, docendi operam profitetur. Nostra parum refert, Marium Victorinum divellisse quoquo modo ab Rethore Sophisten, quod alter doceat literas, atque traditor sic eloqueniae, apud alterum dicendi exercitium discatur. In 1. Rb. Csc. p. 80. Edit. Paris. Illud praetereundum non est, Impp. Theodosium A. & Valentinianum. CAES. iis tabulis, quibus urbis Romae & Constantinop. studia literarum ordinant, Latinos oratores (proprie rhetores) graece reddidisse Sophistas. C. Th. l. III. quacum componatur lex. VI. II. de excusat. ubi Modestinum quoque Rethor ac cum Sophistic coniunxit, commoneat lat. Gorhofredus ad loc. superiorem.

VI. Iam



VI. Iam nihil melius, quam Philosophia, audire coepit Eloquenteria, quae amplius in persuadendi facultate tectum quoddam fallendi praesidium habere poterat, atque adeo, per se innocens, fraudibus fallacis philosophi magis serviebat. Addit *Suidas.* οὐδὲ ἐπηρεάζων ἐκεῖνον τοῖς λόγοις. Hac mente in exosam Sophistiken, ex sapientia eloquentiaque depravatis, conflatam adulterante, dicit eruditissimus *Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 289.* οὐ δέ Σοφίστην τέχνην δύναμις θεοῦ Φαντασιὴν διηγεῖ λόγων ἐμποιήσαντο ξενῶν ψευδῶν, ως αληθῶν. Et quae consequuntur. *compara Platonem in Sophista*, sive τοῦ ὄντος, *speciatim p. 116. Edit. Basil. Aristotelem τοῦ οὐ Φιλέλεγυ χ. lib. I. cap. 2. & passim.* Quae causa est, quamobrem *Plato* duum generum constitutat Rhetoricen, alteram σοφίστην atque infucatam, alteram φιλοσοφιὴν severis cordatisque viris in tantum dignam, in quantum ea a specie adulationis abest. Atque hoc quidem suspectum hominum genus eti genere dicendi pompa, quam pugnac, aptiore, vel ut idem *Cicero* vocat, *deliciae*, vel *potius inceptia*, graviter virorum voluntatem offendit: tamen *dulcilla oratione, & soluta, & effluente, sententias arguta, verbis sonante, sibi que adeo propria, delicatum videbatur primo magis, quam inscitum, quod educata buius nutrimenti eloquenteria ipsa se postea coloraret & roboret.* *Ad M. Brutum Or.* Qvin luminibus pigmentisque adeo adumbravit omnia, vt, quod *Leo Allatius* asseverat, nec *Plato*, horum alioquin exagitator, nec *Xenophon*, nec *Tburydides* (quamvis abnuente Tullio) neque *Isoocrates* ipse, neque *Herodotus*, (iterum repugnante oratore) nec *Lysias*, neque *Iseus*, neque *Aeschines*, neque adeo *Demosphenes* ipse, abstinnerint ita. *De Srip. Socr. Diologus 108. 109. pp.* Postea id quoque accessit, vt imperitia rerum alterationium, impudentisque arrogantiae odium augeret. Quam cune compluribus locis, atque in oratione per summam istorum ignorominiam, turpitudinemque conscripta, coarguat *Isoocrates* & castiget: tum iterum *Lucianus* quoque suggillat in iis, qui σεμνότερον τοῦτο, ηγενόντων ὄνομα, & τελεσθέντων ἀπονομα immixcentibus sibi affingant. *Isoocrates* κατὰ τῶν σοφῶν. *Lucianus* Ρητόρ. διδασκ. p. 438. *Fugit. p. 799.*

VII. Neque eo secius intelligentes impetum vulgi, quod indigne iniquitatis argumento summa imis miscet, temeritate effusum,

ratione coercuerunt, & noxiiorum innoxiorumque discrimen perturbantem, prudenter refreharunt, purgataque amplissimi nominis macula, dignitatem eius ab iniuriis corruptelisque vindicatam, cum sapientibus, tum praecipue eloquentibus, viris reddiderunt. Quo minus de statu animi sibi constantis, hoc loco convellitur *Plato*, quum idem ille, qui alibi diem dixit Sophistis, nunc demum eos laudet, ut γένος πολλῶν μεταλόγων, τοιαντάν, μεταλλέων εἰρηγνύ. Parimodo ἡ νοοδιστικήν, quam odio populari *Platonem*, ut *cunctis inutiliēt sprevisse*, coginataeqve comparasse, *Apuleius de babit. doctr.* *Plat. lib. II.* testatur, emendato fraudulentae artis vitiō, inter ἐπισημασίας ἦ τέχνας ἵερωτερας numeravit idem *Iulus Pollux lib. IV. c. 1.* Nihil etiam minus voluit *Athenaeus*, quam explodi Δευτεροφύσιας suos, quum hospites doctrina omni abundantes, in lautissimo non multorum dierum, sed multorum sermonum, multorumque fibrorum, convivio, non profusis epulis, exstructisque mensis obruiunt se ac fatigant; sed disputationibus exquisitis, & lectissimarum rerum varietate omni conditis, quibus nulla exsaturetur posteritas, recreant animos ac pascunt. Nec vero vituperandi consilium inie-  
runt, aut *Fl. Philostratus*, aut *Bunapius*, quum alter vitas Sophistarum enarravit, alter eo libro, quem οὐδὲ Φιλοσόφων καὶ σοφίστων composuit, praeter Plotinum, Porphyrium, Iamblichum, AEdesium, aliisque Philosophos fama inclutos, Sopatrum quoque Apameensem, Eustathium, Julianumque, Cappadoces, Prohaeresium, Epiphaniū, Musonium, Himerium, Parnasium, Acacium, ἀποθεμένου Θεού τοὺς αἴρεσσος ἄρδεας posteritati reliquit. Quibus accedit LIBANIVS, multos etiam dignitate superat, propterea quod ad illorum numerum Sophistarum eum adscribit *Iac. Gorbofredus*, quos confirmet, tam fuisse rerum civilium gnos, ut pro certo habeat, tabularum publicarum, quas primores Christiani ritus Impp. promulgari, complures, si ab antistitibus sacrorum, praefulibusque discesseris, eis auctoribus, fuisse conjectas. *vid. Dedic. IV. Orat. quas I.C. primus in vulgo emisit.*

**XIX.** Sed non attinet, plura de *Sophistae* varietate commemo-  
randā, a *Theomisso*, *C. Rhodigino*, *L. Allatio*, *Vossio patre*, *D. Heraldō*, aliisque mutuari. Qvare pergamus ad institutum, & Libanium na-  
scientem excipiamus, altumque domi & eruditum, educamus in  
Graec-

Graeciam, & Byzantium, sive, vt postea coepit appellari, Constantinopolin profectum, indeqve delatum Nicomediam, restituamus tandem patriae, & qvid publice privatimqve egerit, perspiciamus, casibusqve fatigatum inferamus, ac qvo mortuorum, quam vivorum, facilior censura est, mores eius in utramque partem exigamus, redditio qve virtutibus ingenii testimonio, qvid de scriptis huius viri existimetur, incorruptorum iudicium sententias perrogemus.

IX. Iam primum omnium, qvemadmodum nascendi rationem subducit V.C.Iac.Gothofredus,A.C.CCCXIV: insignivit LIBANI NATALIS. in or. pro templ. p. 42. Qvod qvidem tempus plurimam solicitudinis metusqve habuit, & magnarum rerum expectatione animos hominum suspensos tenuit, qvum inter Licinium, Constantiunqve necessitudo dissolveretur. Nam Constantinus, victo apud pontem Mulvium Maxentio, Italiaqve sub potestate redacta, Licinio, Maximini victori, bellum intulit, ingentiqve apparatu Licinius aduersus impetum Constantini fese instruxit. *Aurelius Victor* n. 40. *Eusebius* lib. X. cap. 3. Adiuvit celeritas Constantiun, qvi Licinium necopinantem adortus est, acerrimoqve proelio, atqve a prima luce ad vesperam extracto, profligavit. Iterum in Thracia, sed aeqvatis dannis, pugnatum est, & convenit inter utrumqve, vt Constantinus potiretur Illyris, & nationibus ceteris, qvotqve patent vltierius & colunt; Licinius Thraciae, orientique imperaret. *Eusebius* l. memorato, *Zosimus* lib. II. 18 19 20. cappp. Ex script. Ecclesiast. *Sozomenus* II. 2. 7. conf. *Chronologia C. Theod.* p. 4X. In pace igitur suspecta dudum, deincepsqve infida, natus est LIBANIVS ANTIOPHIAE, qvae a *Plinio Epidaphnes* cognominatur, *H.N.* lib. V. c. 21. vrbc Syriae principe, ap. *Strabonem* lib. 1. *Tat.* H. II. 79. & regia, *vetus orbus* descript. ab *Iac. Gothofredo* edita t. XVII. *Libanius* Περὶ β. p. 154. & perantiqua doctrinae gloria praestante, *Cicero pro Archia*, caeliqve atqve aquarum salubritate clara, *Herodianus* lib. VI. cap. 6. atqve eximia quadam honoris appellatione magna. *Auctor Chron.* *Alexandr. in Julio Caes.* p. 439. *in Vespas.* p. 585. ex edit. *Matis. Raderi.* *Zosimus* lib. IV. c. 41. Et de patria sua ex instituto Libanius ipse in Om. XI. singulari, quae inscribitur λόγος Αὐλοχνός. conf. *Choricius Sozbistes* ap. L. *Allatium* in annot. ad *Socr. Epist.* p. 128. ubi Antiochia vocatur Αἰθαίου μῆτη.

X. Nemo, qui sciat, generari & nasci a principibus fortuitum,  
nec ultra aestimari, Tac.H.I.16. & posse ex casa virum magnum exire,  
Seneca Ep.LXVI. tam iniquus sit in homines praeclara indole prae-  
ditos, ut quos obscurae originis esse, aut humili loco natos, cognovit,  
de illorum virtute desperet. vid.Val.Maximus lib.III.c.4. Tu-  
tatur hos perverus Romanorum, constansque exemplum; propu-  
gnat pro eorum ornamentis ratio ipsa, & nobilitatis vis ac natura,  
quaes, id quod optimus est, esse nobilissimum, Qviritibus praescripsit,  
atque adeo in cuiusunque animo virtus insit, ei plurimum esse tri-  
buendum, Vell. P.lib.II.c.128. Neque eo secius affirmandum est,  
permultum valere ad dignitatem necessitudines amplas, praesertim  
illas, quarum maiores administrationem reipublicae, momentaque  
egregiis meritis sint complexi. Quo pluris interest ad decus LIBANI,  
cum in patria tam illustri, Imperatorumque hibernis, qua oriens Ro-  
manis obsequiis fide coniunctus erat, clarissima, oriundum esse CHO-  
RAGORVM gente, in tantum eminente, prorsusque insigni, in quantu  
Choragi propter opes nobilitatemque olim intelliguntur lecti, qui  
sacros ludos & sacrificia curarent, in eoqve munere praecipuo li-  
beralitatem exercerent sumمام, & privatas impensis facerent ac  
sumptus. vid.Gv.Postellus de magistr.Athen. cap.III. Libanius in Vita  
p.2. conf. Leg.ad Julianum p.172. & de παλαιω Σαστεω χειραδειο,  
Περθ. p.154. Cod.Tb.p.assim. Sed quod in singulis hominibus edo-  
cemur, alium aliud vitae genus sequi, & vel ad togae, vel ad belli, vel  
ad vtrumque studium incumbere, idem interdum in universis fa-  
miliis observamus. Cicero de off. I.32. Sic enim novimus, Scipo-  
nes, quamvis pace etiam sine dubio boni fuerint, bello tamen ( si  
Nasicam exceperis, qui in tota civitate vir honorum Optimus iudi-  
catus est, ap. Livium XXIX, 14.) fuisse optimos, & Catones domi ma-  
gis fuisse illustratos, Muciosque iuris civilis disciplina floruisse, at-  
que Hortensios eloquentiae laudem in gentilitiis familiae suae bo-  
nis numerasse. Tac. Annal. II. c. 37. Sub his exemplis illa quidem gens,  
cui erat cognatione coniunctus LIBANIVS, togae ornamenta re-  
tinuit, & decus eximum quoddam, propriumque ingeniorum cul-  
tu defendit, ac paternae, maternaeque stirpis amplitudinem avitae  
eloquentiae insignibus cumulavit. Sed apparuit iam olim Velleio,  
quem admodum urbium imperiorumque, ita genium nunc florere  
for-

fortur a nunc senescere, nunc interire. L. II. c. n. Avo igitur communis  
calamitate comprehenso, & caelo, Orat. XIII. ad Theodore. 410. 411. pp.  
in Phasganio patre res inclinavit, qvi & ipse de bonis paternis medi-  
ca cepit, & in sorores nubiles sumptus facere coactus est. Decessit ille  
mature, relictis tribus filiis, quorum erat LIBANIVS medius natu.

XI. Solent fere matres liberalius indulgere liberis, dum  
que verentur, ne actas tenella laboribus debilitetur, praeclara inge-  
nia mollitis solvere, ac nimia expectandae maturitatis patientia  
conceptam spem frustrari. Iamdudum enim desiderari coepit  
est Cornelia Gracchorum, Aurelia Caesaris, Attia Augusti mater,  
qvae non studia modo curasque, sed remissiones etiam, iususque pue-  
rorum, sanitatem quadam, ac vereturdia temperet, & moderetur.  
Dialog. de caus. corruptae eloqu. cap. XXIX. Nisi quod multos excoxit  
pater, ut Eurysatem apud Sophoclem Ajax. Ω ναι γένετο μητέρας  
ἐπούχη τε τοι, τι δ' αλλ' ἐμοι τοι, μηδὲ γένοισθαι μητέρας. In Aiae. Pa-  
ri modo Ascanium suum ad rem magno animo gerendam, horta-  
tur AEneas, & virtutem ex se, verumque labore, discit, iubet. Ver-  
gilius AEneid. XII. v. 435. Non secus, atque Horatium exemplis  
docebat pater, & diuis ad honestatem morum efficit, formabat.  
Lib. I. Sat. IV. v. 105. Atque hoc illud erat, quod exprobrabat  
filio contumaci pater ille. Hoc, hoc impuso: quod fortiter fecisti,  
roboris & corporis mei, meum est: anima iste ad contumenda peri-  
cula paratus, ex meo fluxit. Ego te diu praecoptis feci virum fortis:  
proxime quidem etiam exemplo. Fabius Declam. CCLVIII. Sed, pa-  
tre mortuo, male cum LIBANIO agebatur, quod mater quidem  
puerum erudiendum curaret, verum obtorpescentem severa EDU-  
CATIONE excitari, nollet. Est vitium magnis civitatibus com-  
mune, ut abundantes voluptates in eas immigrant, civesque ille-  
cebris libidinum irretitos, nimia felicitate corrumpant. Qvum  
igitur Syri ludos facerent, spectaculisque otium oblectarent: tum  
sigillatim Antiocheni iam pridem male audiebant, quod beatissi-  
ma vrbe ad voluptatem vterentur, atque integrum ferme annum  
Iudos, & festos dies celebrarent. Herodianus lib. II. cap. 7. comp. Li-  
banius in Paneg. Antiochico p. 387. Julianus in Misopog. passim. Dum  
ergo LIBANIVM deliciae circumstant, & mater, quidquid antea  
pater astrinxerat, nunc relaxat, ipse quoque facile relanguescit.

XII. Sed Q. Fabius, P. Scipio, atque alii magni praestantesque  
viri, fassi sunt, quum maiorum imagines insuerentur, vebementissime  
sime sibi in manu ad verticem ascendit, scilicet non ceram illam, neque  
figuram tantam vim in se esse habere, sed memoria rerum gestarum eam  
flammas egregias viris in pectora crescere, neque prius sedari, quam  
virtus eorum famam, atque gloriam adsequaverit. Sall. Bell. Iugurth.  
cap. IV. Tales, opinor, monitores oculis LIBANII animo que  
ferebantur, atque avorum decora explicabant, memoriaque ho  
noris domestici nepotem exsuscitabant, & vi gloriae, impetuque  
socrdiam frangebant. Quinto igitur decimo aetatis anno ado  
lescentem ignaviae pertaesum est, & mentis viribus excitatus, in  
credibili quodam eloquentiae ardore flagrare coepit, ac rei agrariae  
cognitionem abiecit, Iudosque equestres, & spectacula refu  
git, nec commisit, ut taedium laboris industria remoraretur. Ha  
buit enim hoc, habuit erecta quorundam indoles, ut incensa ad stu  
dium laudis, freno potius, quam simulo, eguerit, eoque admirabilis  
vita sit omnibus, quod si, quorum cupiditates in adolescentia  
profusa, deterbuerint, magna virtus majoribus virtutibus praeter  
omnium opinionem emendarunt, In vitio est iniens Themistoclis  
aetas, sive a patre exheredatus ille est, sive matrem ad desperationem  
adduxit, sive, quod malit Plautorebus, saltem sine disciplina in vitium  
flecti coepit. Atqvi hic τὴν περίτην, inquit Achilles Tatius L. II. X. p.  
529. ἡ λιτιαὶ οὐ Φόδερος δόξας απόλαυσος εἶναι, πάντας οἱ περέβαλεν  
Αγνωστος ὑστεροφία τε νεοτύπερα γαστί, hoc est, ut Γενναδίδης li  
bro i. τὸν τε ωδαχένια διέλαχίσῃ Θουλῆς καθητὸν γράμμονα, καὶ  
τὸν μελέντων θητηλεῖσον τοῦ γεννητέρου δεριον εκπατίν, interpretatur  
C. Nepos, & de instantibus verisimile iudicavit, & de futuris cal  
lidissime coniecit, cumque Europa salutis eum suae patronum ha  
beret, Asia vadet victoriae assumere, effecit adeo, ut antefeneratur  
hic nemo, pauci pares parentur. C. Nepos in Themistocle, Val. Max.  
l. laudato. Quodsi Coelianae causae patronum rogamus, quem  
nam tandem exponat eorum, quos contendat, gustasse quidem pri  
morihius labris hoc genus vitae, sed, ubi emergerint idem, graves  
homines atque illustres fuisse; siquidem quendam non infimum ab  
eo postuiemus, edet nobis Valerium Flaccum, nequam adolescentem,  
tum modestiae specimen & sanctitatis: sin ab eodem sumnum  
ali-

aliquem requiramus, quem *audire* se tales, testetur; neminem fortasse spectatu dignorem ex annalium fastorumque memoria excitarit Africano illo, qui suo nomine declaravit, tertiam partem orbis terrarum se subegisse. *Pro Sex. Roscio Amerino.* At idem ille, Deo, quam hominibus, proprior habitus, primis adolescentiae annis liberius vixisse fertur. *Val. Max. I. praedicto.* Eoque quum opportunior esset iniuriis sermonis de cultu suo, ac desidia, solutaque militae disciplina, iacuculo coepit docuit deinceps eos, qui inspiciendi causa ad exercitum accesserant, admiratione singularum universarumque rerum incissa, aut se dute, atque exercitu illo vincti Carthaginem populum, aut nullo alio, posse. *Livius lib. XXIX. 21.22. capp.* Ab eodem quoque illos si petamus, quos viderit in civitate sua totam adolescentem voluptatibus dedisse, quemque se ad bonam frugem recogerint. perinde graves homines, atque illustres evasisse; in promptu habebit, quos interea nobis in manum det idem *Valer. Maximus*, Q. Catulum, & L. Syllam, alterum luxuria, qua difflixit superior actas, nihil impeditum, quo minus postea existeret patrias princeps: alterum usque ad quaesturae suae comitia libidine inquinatum; deinceps, coercita voluptate, praeter alias res fortissime gestas, dominatu Cinnae dissipato, Marium, pace pessimum, in Africam eiicientem. Iam constat, opinor, dictis fides, si ex eorum numero, quos profligatos mores insigni virtute pensasse, audierit, educat vel unum Fabium, Paulli N. Allobrogicum; quo quidem adolescentem nibil magis infime, nibil eodem sene ornatus illo seculo Roma vidit. *Val. Max. I. usurpato. M. Cicero pro M. Coelio.* Adeo experientia reine copinatae magistra, Themistocles pronuntiavit: ferociissimos pullos e quos generissimos evadere; sed praeclare adiecit, si quidem pro eo, ac par est, docti fuerint, & formati. *Plutarchus in Themistocle. conf. Fabius lib. XII. cap. 2.*

XIII. Illuc me refero, unde rei vetustate exemplorum exoletae, admiratione mutationis morum repentinae semper novae, mentione sum abductus. Eloquentiam igitur Atticam dum admirare coepit LIBANIVS, & tota mente, omniisque cogitatione (nam id vult δέ μής οὐ έρεις τοῦ λίγων) complecti, & decus adeo per manus traditum, meliori diligentiae auspicio ab interitu retraxit, magni cuiusdam INGENII lumen in eo eluxit. Actum agat, quis-


qvisqvis per vincere contendat, non pulcrum magis esse Graece dicendi studium, quam arduum, & difficultatibus bene multis, maximisqve impeditum. Ei vero, qva patet rerum naturae corpus, animo peregrinandum fuerit, & summa imis, caelum terrae, miscenda, artiumqve praestantissimarum studia in unum conferenda, qvi oratorem Graecū informare paret. Illud revocemus in memoriam, duarum artiū, qvac, vt Cicero pro Muraena differit, possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis, alterum dicendi facultatē gradum fuisse, qvo in republica ad fastigium ascenderint, Pericles, Demosthenes, totqve alii, apud Graecos; tum apud Romanos, ne Ciceronis Brutum in Graecia recitemus, Hortensius ac Tullius, qvorum alter summum autoritatis atque eloquentiae gradum obtinuit, Val. M. LIL c. 5. alter paene assertatione sua, qvibus vellet principiū conciliavit, Vell. II. 128; aut, si procedamus in ciferius, C. Asinius & Messala, ac recentiores, Arruntius, AEserinusqve ad summa precepti. Tac. ann. XI. c. 6. Tum meminerimus, hanc conciliasse disertis viris Reges Principesqve, & Dionem illum Chrysostomū in aureo, triumphaliqve curru ab latere Traiani collocaisse, Dionysiumqve Longinū Zenobiae reginae non magis magistrum literarum Graecarum, quam in rebus gerendis consiliorum omnium participem, dedisse. Philostratus, Vepistus in Aureliano, Zosimus lib. I cap. 57, conf. de Sopatro Apameensi Eunapius. Ita ergo existimamus: eximium qvid esse eloquentiam Athenis enutritam, sed per difficile, qvod, vt in non magis de Latina, quam Graeca, ere sensit Vir vtraqve excellens, de Orat. i. qvam &c. minima copia egregiorum ingeniorum extiterit, in hoc ipso numero, in quo per raro exoritur aliquis excellens, si diligenter & ex Romanorum, & ex Graecorum copia comparare voles, multo tamen pauciores oratores, quam poetae boni, reperiuntur; quamqvi appetiverint, eos tanto maiorem ingenii admirationem habuisse, quanto praeclarius fuerit, contrita vulgi vsu aspernari, nec labori succumbere, dum ascendatur in summum: neqve ad res inferiores ineptos esse vilos, qvi ad maximas aspirarint. Pari modo nihil de medio sumit LIBANIVS, atque exquisitum industriae genus deligit, in eaqve opera magno animo sibi constat, & difficultate exacui, quam retardari frangique, mayult.

88(0)80

*QK  
II.  
390*

Ipse operam dat, ut incendium, quo pectus eius flagrabat, abstrudatur etatis per, dum emittet tuto, atque igne plurimo erumpat. Minus tamen Constantium celare consilium posuit, quum in eum omnium oculi conicerentur. Rescivit ergo Imperator benevolentiam, qua hic Maximum complectebatur, caussamque eius spe imperii, quod secundum famam superiorum, ultra citroque iactata, Julianus philosophus confirmarat, contineri, magna voluntatis offensione cognovit. Ille vero iram indignationemque Imperatoris pertimescebat, in omnem partem animum versare, templum etiam moliri. Adhac illorum, qui pro religione vitam profuderant, memoriam cum laude, et bonis recordationibus, prosequi, cutem abradere, vitae solitariae simulatione suspicionem regni appetiti tollere, anagnosticas partes pro concione suscipere, agere quidvis, et pati. Sic enim sperabat, fore, ut Constantio inani sanctitatis ascita simulo imponeret, et temporariae probitatis specie praestringeret aliorum oculos, ac frustraretur. *Socrates H.E. lib. III. cap. I, Sozomenus lib. V.c.2. comparat P. Martinium, in Juliani Misopraefant, et Celeberr. Rechenbergium, ubi de Juliano, sacrorum desertore, ex instituto agit.*

IX. Sed de Juliano mox amilius dicemus. In praesentia, qua demum fortuna LIBANIVS Nicomediae fusus sit, nosse interest. Nam ea est rerum humanarum lex, ut prosperis adversae miscentur. Præfertim quum gloria fere accumulationem, emulationem, quæ speciedicit sua, obrectationem, obrectatio malum, nescio quod, pariat, nec, nisi sublatto demum aemulo, saepenumero conqviscat. Quo minus esse mirum debet, si LIBANIVS in ea rube, in qua ora omnium, oculosque in se convertit, tantæ invidiam dignitas sibi conflavat. AEmulorum inde insidiis appetitus, pericula subinde adiit, iisque semel, et iterum cessit. Nec voluit tamen fugisse, sed secessisse, videri. Quo absente, fiebat, ut discipuli dissimilarentur, propterea quod pars ad deteriorem partem animos applicabant, pars in Phoeniciam, pars Athenas, digrediebantur. At nihil iam ad dignitatem accedere sibi posse, ratus est, quum Athenas evocaretur. Quod quidem ante se ulli, negat, obtigisse, ut Atheniensis dicendi magistrum repetierint aliunde. Hos enim, permixtum erat, rhetorem quendam transmarinum tam cupide expetere, apud quos primum se extulisse oratorem, summam item dicendi vim et inventam esse, et perfectam *Cic in Br. et de Orat. I.* fatebatur. Idem ceteris gentibus cum sapientia, tum eloquentia, tandem praestare ferebantur, ut eorum discipulos aliarum esse nationum praeceptores, *I. Socrates Panegyr. p. 90.* praedicaret, ne ipsis quidem Qvirites inficiarentur. Horum rûbs Vellicio videbatur una pluribus annis eloquentia, quam universa Graecia, überiusque floruisse. *tib. I. cap. 8. ineunte.* Nec defuerunt fortasse, qui moleste ferrent, et tacite morderent, sed refellere palam non auderent, yotem *Aristidae*, qua, aliorum eloquentiam, libere contendebat ille, non modo barbarorum, verum etiam Graecorum, ad Atticam illam puerorum orationem esse. Solos denique Athenienses, pronunciabat idem, tropaeum sibi erexit, idque non caede fortasse partum, sed omnibus gentibus oratione, disciplinisque devictis. Ea tamen civitas, quam gentium eruditricem olim appellasse, peregrinum huius aetatis doctorem optabat. Ac, quac antea ne Rhodium quidem, nedum Asianum, dicendi genus cum suo comparandam putara, Syrum iam rhetorem, eundemque LIBANIVM, e longinquo invitabat. Is autem honor, quanta cum nominis sui amplitudine coniunctus sit, intellexit is praecelare, quum illum omnis fortunae caput nominaret. *Touti μὲν inquit, δὴ κερδάλιον τὸν τερπητὴν δαίμονον οὐαὶ τὸν νομίσματον.* Hac aetate si rediisset in vitam Romanus ille, ipsius Atticæ rûbis confessione doceri poterat, quod memoria sua non existimat, & corpora gentis illius in alias cibitates, Byzantium, Smyrinam, Pergamum, Antiochiam, Alexandriam, Nicomediam sigillatim, discendi causa separata esset, neque amplius ingenia solis Atheniensium muris clausa, Paterculus laud. l. Hoc specimen prudentiae, quod LIBANIVS, animo moderatus, satius duxit, delatum honorem modeste deprecari, quam eum, tam invicem, periculose in ea accipere rube, quac advenarum incrementa limis aspicere oculis solebat.



B.I.G.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-540-p0018-8

OR. 524, 22

B. M. II, 47, 17d.

II  
C  
390

X 486025

# DE LIBANIO

DISPVATATIO PRIMA.

In qvam,  
DEO BENE IVVANTE,  
PRAESIDE

M. IO. GVILELMO BERGERO,

Hala Saxone,

IO. BERNHARDVS *Suhn/*  
Quedlinburgo Saxo

ingredietur

A. D. XIV. Kal. Ianuar.

clo. Icc. XCVI.

---

VITEMBERGAE,

Per CHRISTIANVM SCHROEDTERVM,

Acad. Typ.



DFG

